



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Iustitia fidei & iustitia operum, an sit vna iustitia. tit. 147

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

vt mortificemus, Ephe. 4. Coloss. 3. 2. Cor. 4. id est non sequamur illius voluntatem &c. si illi obedimus, moriemur. Rom 8. Si secundum carnem vivitis, moriemini, Galat. 3. Tales regnum Dei non possunt debent, &c. i. Cor. 9. dicit Apostolus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne, cum aliis pradi- cauerim, ipse reprobis efficiar, &c. At tunc reteiem hominem mortificamus, quando carnis superbiam, luxuriam, auaritiam, iram, inuidiam, coarctamus, quando non desideria carnis perficimus, Roman. sexto, quando luxuriam per castitatem, iram per benignitatem, auaritiā eleemosynarum largitate, &c. coarctamus.

Tertiō, homo nouus, noua creatura, homo spiritu-
ualis, homo internus, filius Dei, quae omnia idem
significant. Est autem homo nouus, homo qui bi-
ptizatus, & in baptismo spiritus sancto perfulsa est,
atque ab illo sanctificatus, in quo alias motus &
nuos operatur, id est, dilectionem, patientiam, gaudium,
castitatem, Gal. quinto. Fructus spiritus sunt, chari-
tas, gaudium, pax, castitas, benignitas, fides, &c. Il-
las virtutes & motus non haberet homo à natura, sed
ideo datur & infunditur spiritus sanctus in baptismo,
vt hos motus opererur in nobis atque fructus, qui
tenus his expellamus carnales & contrarios motus,
id est, superbiam, luxuriam, &c.

Ideo spiritus sanctus regenerat & innouat nos, 2d
Ti 3. in lauacro baptismi, vbi regeneramur & acci-
pimus spiritum sanctum, vt sit innouator, id est, qui
ex veteri homine nouum faciat, nouos motus cre-
at in corde hominis baptizati, &c.

*IVSTITIA FIDEI ET IVSTI-
tia operum, an sit una iustitia.*

TITVLVS CXLVII.

No. 128

Notandum primò, Quid sit iustitia fidei: subinde, quid iustitia operum. Iustitia fidei est, credere in Christum, qđ mortuus sit pro peccatis nostris, & resurrexit, vt propter eum iustificemur, id est, Deus remittat peccata, quod est premium redemptio- nis & causa iustificationis, id est, quod propter illum & non propter opera nostra accipimus per fidem, re- missionem & salutem, Hoc qui credit, hæc fides imputatur nobis à Deo pro iustitia, & iusti sumus corā eo, & nō propter opera legis, sicut putant Iudæi. De hac iustitia fidei loquitur Paulus Rom 4. Credēti in eum, qui iustificat, fides reputatur illi ad iustitiā, sic ut Abraham Gen. 15. Rom. 1. Non erubesco Euange- liū virtus enim, id est, iustitia Dei, id est, propter quā Deus vult misereri, & dare salutem, reuelatur in illo, credere in Christum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū &c. fidem in Christum, vult Deus imputare pro iusti- tia. Sed Iudæi contendunt, quđ propter opera & iu- stitiā legis Deus vult reputare iustū, & remittere pec- cata, &c. Hæc iustitia fidei in corde consistit. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam.

Iustitia operum, ex operibus & bona vita, id est, obseruantia præceptorum venit, de qua Paulus Tit. Secundo. Sobriè & iuste & piè viuamus in hoc se- culo. Hæc iustitia obedientiam legis diuinæ comple- fitur, ideo Paulus legem statuit post fidem, Roman. 3. Ad hanc iustitiam legis pertinent omnia opera, cæ- remoniae, traditiones, disciplinæ, &c. & maximè et- iam exigitur ad salutem, & possessio regni per eam, ut medium confertur ex gratia, Matth. 25. Venite & possidete &c. retinent quoque priorem iustitiam fidei, ne amittatur.

Secundo, quāuis vtraq; iustitia sit necessaria, quæ- que in fine suo ad salutem, nobilior tamen & certior est fidei, quam operum, sicut ad Philipp. 3. dicit, quđ fuerit

fuerit sine querela in iustitia operum & legis, sed ab
ijicit ut stercora, quatenus habet iustitiam, quæ est.
de Iesu Christi est, sine iustitia fidei, legis nulla est.
ex operibus legis non iustificatur omnis caro, &c. in
licet non iustificet, id est, causa sit, propter quæ Deus
iustificet & saluer, sed Christus, attamē necessaria est,
quod sine illa prior non retinetur. Romanor. 1. Sisc.
cundum carnem vixeritis, &c. subinde etiam habet
sua præmia in hac & post hanc vitam, 1. Corinth.
13. & 15.

Tertiò, hanc iustitiam fidei, dicunt sectæ, quod nouit Ecclesia Romana. Item quod nullam aliam ius-
titiam doceat præter legis, hac esse iustum hominē,
hac mereri remissionem peccatorum, hac satisfacere
perfectè legi Dei &c. quæ omnia sunt falsa & mendaciæ.
Omnis qui credit in Christum, sicut omnis à ba-
ptismo & puerō credimus & voulimus, hic habet ius-
titiam fidei, & primò & ante omnia opera. Hæc est
fundamentum, id est, fides in Christum, & super hoc
quisque struit, hic argentum, iste aurum, ille stipula,
fœnum, lignum, 1. Cor. 3. id est, opera, & iuxta illare
det cuique Deus, Mat. 16.

Quartò, Ecclesia docuit semper nos gratia, id est,
misericordia Dei propter Christum iustificari, & gra-
tia Dei esse iustos, & id quod sumus, sicut Paulus 1.
Cor. 15. dicit, gratiæ Dei id est, Acto. 15. Sed Poëtica
Theologica hoc, quod Ecclesia tribuit gratiæ, hoc in-
quam ipsa fidei soli tribuit. At cū misericordia Dei,
passio Chriſti, non sit fides mea, sed fides ut medium
apprehendit illa, ideo rectius docet Ecclesia.

D E T R I B U S Q V A E S T I O-
nibus Pauli.

TITVLVS CXLVIII.

T. 111